

CCXCVI.

Confirmat Decreta Sac. Congregationum ad sepulturam pertinentia, pro Provincia S. Saturnini Ord. Min. de Observantia in Sardinia.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Alia pro parte dilecti filii Antonii Francisci Tholo, & Pirella Procuratoris Prov. S. Saturnini Ord. Min. S. Francisci de Observantia nuncupat, in Sardinia Congr. Ven. FF. nostrorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episc., & Regul. preposita exposito, quod dilecti pariter filii Canonici, & Beneficiati Metrop. Ecclesie Calaritane die 11. Augusti 1659. Conventum S. Mauri violenter ingressi fuerunt ad officium in illa Ecclesia contra Decreta diversarum Congreg. ejusdem S. R. E. Card. tenoris, qui sequitur, videlicet.

Reserventur Decreta Sac. Congr.

§. 1. Sac. Rit. Congr. juxta alias resoluta respondit, officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum servari mandavit, non obstante contraria consuetudine. Die 27. Nov. 1658. C. Episc. Portuen. Card. Pius Julius Cincius.

Loco sigilli.

Necnon S. Congr. Card. negotiis Episc., & Reg. preposita censuit, defunctorum cadavera in Ecclesiis dd. FF. sepelienda ab edibus defunctorum ad eorumd. FF. Ecclesias recto tramite deferri licite posse, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, a quo benedictionem, & ultimum vale recipere possent, quo venie expresse recusante, possint iid. FF. etiam ipso invito dd. cadavera ad suas Ecclesias transportare, con sanguinei vero talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & aliis Presbyterorum, etiam in Cathedralibus Ecclesiis nullo modo possint. Si qua vero immemorabilis consuetudo in contrarium super premissis existere pretendatur, legitime probetur, & interim presens Decr. ad unguem servetur, prout ead. S. Congr. servari mandavit. Romae die 14. Julii 1639. Card. Ant. Barberinus C. Facchenettus.

Loco sigilli.

Necnon S. Congr. EE. Card. Conc. Trident. Interpretum censuit quoties cadavera defunctorum ad Ecclesias FF. Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua, qua in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non a Canonicis, neque a Clero, sed a FF. obiri, & peragi debere H. B. Card. Franc. Paulutus S. Congr. Secret.

Loco sigilli.

Necnon S. Rit. Congr. juxta alias resoluta respondit, electionem, & numerum Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum haredum defunctorum spectare & pertinere, & ita ubique servari debere declaravit die 14. Jan. 1649. P. Card. Cretegensis: Julius Cincius Secr.

Loco sigilli.

§. 2. Quodque in observantiam Decr. preinsertorum, & lit. Apost. die 29. Aug. ejusd. an. 1659. emanat. FF. Ecclesie Sancte Marie Jesu noluerunt permittere, ut Cap. praed. Ecclesie Calaritane. d. Ecclesiam S. Marie Jesu ingrederetur, ipsum vero Cap., & Beneficiati cadaver quoddam inde abriperant, & ad Ecclesiam S. Eulaliae tulerant. Et in ead. expositione subjuncto, quod praefata Decr. preinsertis adversarentur, ideoque primod. Card. Congr. supplicato, ut decerneret cadaver hujusmodi restitui, & dd. Decreta observari, & si forte Canonici quoad secundum Decret. immemorabilem consuetudinem preterderent, hoc nihil obtinere, nisi legitime probetur: emanavit ab ead. Congr. Card. negotiis, & consultationibus Episc., & Regul. praep. Decr. tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congr. EE. S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episc., & Reg. preposita, attentis narratis, reque partibus tam verbo, quam scripto informantibus audita, Eino Santacrucio referente diligenter, ac mature examinata, & discussa, censuit cadaver de quo agitur, restituendum esse, prout una cum funerali pompa restitui mandat, & praecipit Ecclesie S. Marie Jesu FF. Min. Observ. S. Franc. Necnon Cap. & Clero Metrop. Ecclesie Calaritane funeralia in d. Ecclesia S. Marie, neque in S. Mauri eorumd. FF. exercere, & celebrare super defunctorum ibidem sepelienda cadavera licere, reservato tamen jure eid. Cap., & Clero probandi praesentiam immemorabilem, & ita declaravit, & decrevit, prout praesentium tenore declarat, & decernit, in contrarium allatis minime obstant. Rom. 12. Mar. 1660. M. Card. Ginet.

§. 3. Cum autem, sicut d. Ant. Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decr. proxime insertum pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apost. confirmationis nostrae patrocinio communicari summo opere desideret. Nos ipsum Ant. Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Decretum preinsertum die 12. Martii proxime praeteriti emanatum auctoritate Apost. tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Ap. firmitatis robur adiacimus. Salva semper in premissis auctoritate praed. Congr. Card. negotiis, & Consultationibus Episc., & Reg. praeposita.

Decretum preinsertum confirmatur.

§. 4. Decernentes easd. praesentes literas semper firmas &c. sicque in premissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane si secus &c. contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apost. ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria derogat.

Datum in Arce Gandulphi Albavensis Dioec. sub Annulo Pisc. die 30. Apr. 1660. Pont. Nostri anno VI.

Dat. die 30. Apr. 1660. An. VI.

Ap.

CCXCVII.

Applicatio dimidiarum annatarum Canonicatum, Beneficiatum, ac Clericatum Ecclesie S. Joan. Lateran. de Urbe fabricae, & Sacristiae, quamvis fructus, & emolumenta hujusmodi aliis oneribus sive pensionibus gravata existant &c.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva.

§. 1. Dudum sel. rec. Clem. Papa VIII. Praedeceff. nosfer, ut fabrica Ecclesie S. Joan. Lateran. de Urbe incumbencia sibi onera supportare posset in visitatione ejusdem Ecclesie statuit, & ordinavit, ut ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli, quibus de ipsius Ecclesie Canonizatibus, & praebendis quovis modo pro tempore vacan. per ipsum Clem. praedeceff. aut ejus Successores, vel quoscumque alios quavis auctoritate provisum foret, medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, necnon distributionum quotidianarum, ac emolumentorum quorumcumque universorum, & singulorum primi anni suorum Canonicatum, & Praebendarum eidem fabricae dare, & persolvere omnino, & absque ulla diminutione, omni, & quacumque exceptione, appellatione, & recurfu semotis deberent, & tenerentur, statumque hujusmodi inter alia Ecclesie praed. statuta per quoslibet ex illius Canonicis in executione possessionis suorum Canonicatum, & praebendarum observari, & jurari solita, adscribendum, & annotandum esse mandavit. Et nihilominus medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum, ac distributionum quotidianarum primi anni omnium, & singulorum Canonicatum, & Praebendarum Ecclesie praed. post promissionem de illis faciendam decurrendorum eid. Fabricae, ita quod liceat Cap., & Canonicis d. Ecclesie, ipsiusque Fabricae Camerario, & aliis ab eisdem Capitulo, & Canonicis deputatis, seu deputandis d. Fabricae nomine propria auctoritate medietatem hujusmodi debitis temporibus percipere, & in ipsius fabricae usus convertere cujusvis licentia desuper minime requisita perpetuo applicavit, & approbavit, & alias prout in Decreto ejusdem Clem. Praedeceff. desuper sub data die 14. Junii 1592. cujus tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, continetur. Nunc autem Nos pro commissa Nobis caelitus omnium Ecclesiarum sollicitudine fabricae praedictae, necnon Sacristiae ejusdem Ecclesie S. Joan. Lateran. quae, (ut accepimus) sacra suppellectili, quantum ipsius Ecclesie dignitas requirit, & necessitas exigit, instructa minime reperitur, consulere cupientes, de Congr. Ven. FF. nostrorum S. R. E. Card. necnon dilectorum filiorum Rom. Curiae Praelatorum super negotiis Visitationis

Decretum Clem. VIII.

Apostolica Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis praed. a Nobis instituta deputatorum consilio statutum, & ordinationem, aliaque praemissa, ac decretum desuper a Clem. Praedeceffore emanatum hujusmodi quamvis fructus, redditus, proventus, distributiones quotidianae, jura, obventiones, & emolumenta praedicta aliis oneribus, seu pensionibus gravata existant, itaut medietas hujusmodi in d. Ecclesie fabricam, camque restaurandam, vel in sacra suppellectilem parandam, uti res ipsa postulerit, converti, applicari, & erogari libere, & licite possit, & debeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo innovamus, ac de cetero perpetuis futuris temporibus servari debere decernimus. Praeterea idem statutum, & ordinationem ad omnes, & singulos, quibus de Beneficiis Beneficiatibus, vel Clericibus nuncupat. in eadem Ecclesia S. Joannis Lateran. quovis modo nunc forsan vacantibus, & in posterum quandocumque vacaturis per Nos, vel Rom. Pont. Success. nostros, & Sedem Apost. aut alios quoscumque etiam speciali nota, & expressione dignos etiam Cardinalatus honore fulgentes quavis auctoritate provisum pro tempore fuerit, ita quod eorum singuli medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, necnon distributionum quotidianarum, & emolumentorum quorumcumque primi anni suorum Beneficiatum, & Clericatum, quamvis aliis oneribus, seu pensionibus gravata existant fabricae, vel Sacristiae praedictae dare, & persolvere omnino, & absque ulla diminutione, omni, & quacumque exceptione, appellatione, & recurfu penitus semotis, similiter debeant, & teneantur auctoritate, & tenore praedictis extendimus. Et nihilominus medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, ac distributionum quotidianarum primi anni omnium, & singulorum Beneficiatum, & Clericatum hujusmodi post provisionem de illis faciendam decurrendorum eidem fabricae, vel Sacristiae, ita quod pariter liceat Capitulo, & Canonicis praedictis, ipsiusque fabricae Camerario, & aliis ab eisdem Capitulo, & Canonicis deputatis, seu deputandis d. fabricae, vel Sacristiae nomine propria auctoritate eandem medietatem debitis temporibus percipere, ac in ipsius fabricae usus, vel in Sacram Suppellectilem parandam uti res ipsa postulerit convertere cujusvis licentia desuper minime requisita, auctoritate, & tenore paribus itidem perpetuo applicamus, & approbamus. Volentes, & districte precipientes, ut dimidia annatae hujusmodi ab illis, qui Canonicatus, & praebendas, vel Beneficiatus, aut Clericatus praedictos respective pro tempore quandocumque obtinebunt perloquenda, & fabricae, vel Sacristiae praedictae, sicut praemittitur applicatae una cum annua perpetua pensione 200. scut. a memorato Clemente Praede-

Decretum preinsertum confirmat.

1660.

Contraveni-
tium poena.Claufulas ap-
ponit.

Prædecess. super Canonicatus, & Præben-
das ejusdem Ecclesiæ, quos dilectus filius
Virgilius Panzirolus ad præsens obtinet
fructibus, redditibus proventibus distribu-
tionibus, & emolumentis univ. impo-
sita penes Depositarium pro tempore exi-
stentem Capituli, & Canonicorum prædi-
ctorum deponantur, non nisi pro ipsius Ec-
clesiæ manutentione, & restauratione, ne,
vel in parandam, sicut præmittitur Sacram
Suppellectilem impendenda: de quibus Fa-
bricerii singulis annis exactam rationem
reddere, & si quid supererit illud in em-
ptionem tot locorum montium Cam. non
vacabilem ad eundem effectum investire
teneantur; sublata omni facultate Cap. &
Canonicis præd., eorumque Depositario,
& Exactoribus de illis aliter disponendi
sub poena Capituli contrafacienti solvendi
duplum de proprio, quod fabricæ, vel Sa-
cristiæ præd. applicatum censetur ipso fa-
cto; Fabriceris vero ultra poenam præd.
etiam excommunicationis eo ipso incur-
renda, si secus disponere, aut aliter solve-
re præsumperint.

§. 2. Ac decernentes easdem præsentis
literas, & in eis contenta quæcumq; etiam
ex eo, quod Capitulum, & Canonici, ac
cæteri præd., aliive quicumque etiam spe-
ciali, & individua mentione digni, etiam
Cardinalatus, aut alia quacumque dignita-
te, prærogativa, vel honore præditi, seu
fulgentes in præmissis interesse habentes,
seu habere quomodolibet prætendentes il-
lis non consenserint, aut ad ea vocati &c.
seu causa, propter quas ipse præsentis eman-
arunt adductæ, verificate, aut justificate
nullatenus, aut non sufficienter fuerint,
seu ex alia quacumque quantumvis iuxta
pia, & privilegiata causa &c. etiam enor-
mis, enormissimæ, & totalis læsionis, nul-
lo unquam tempore de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio &c. vel alio-
rum quorumcumque, aliave quolibet quan-
tumvis magno, substantiali, & individua
expressionem requirente defectu, notari,
impugnari &c. ad viam, seu terminos ju-
ris reduci, aut adversus illas aperiitionis
oris, restitutionis in integrum, aut aliud
quodcumque juris facti, vel gratiæ reme-
dium impetrari, aut impetrato &c. quem-
piam in iudicio, vel extra illud uti, seu se
juvare posse, neque easdem præsentis sub
quibusvis similibus, vel dissimilibus invo-
cationum &c. aliisque contrariis dispositio-
nibus, si quas etiam per Nos, & Romanos
Pont. Success. nostros, Sedemque præd.,
etiam per viam Constit. aut Ordinationis
generalis, vel specialis, aut Regulæ Can-
cell. Apost., & alias quomodolibet fieri
contigerit unquam comprehendendi &c. sed
semper ab illis exceptas, & quoties illæ
emanabunt, toties in pristinum, & validif-
simum statum, & robur restitutas &c. edi-
tas esse censeri, firmasque &c. inviolabi-
liter, & inconcusse observari; sicque, &
non aliter in præmissis per quoscumq; Judi-
ces &c. definiri debere, ac irritum, & ina-
ne, si secus &c. contingerit attentari.

§. 4. Non obstantibus nostris in simili
forma Brevis die 18. Decemb. 1657. eman-
natis literis, necnon quatenus opus sit, de
jure quæsito non tollendo, ac de expri-
mendo vero valore in unionibus, ac dif-
membrationibus, & applicationibus fru-
ctuum, & bonorum Ecclesiasticorum, &
aliis quibusvis Cancellariæ prædictæ Regu-
lis a Nobis hætenus editis, & in futurum
quandocumque per Nos, vel Successores
nostros Rom. Pont. edendis, & aliis Apo-
stol., & in Lateranensi novissime celebra-
to uniones perpetuas, nisi in casibus a jure
expressis fieri prohiben., aliisque univer-
salibus, & provincialibus Conciliis editis
generalibus, vel specialibus Constitut., &
Ordinat., necnon Ecclesiæ, & fabricæ præ-
dictorum, & aliis quibuslibet &c. ac cum
quibusvis etiam derogatoriis derogato-
riis, aliisque quibusvis efficacioribus, ef-
ficacissimis, & insolitis clausulis &c. in con-
trarium præmissorum concessis, approba-
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis etiam si pro illorum sufficienti de-
rogatione de illis, eorumque totis tenoribus
specialis, specifica &c. mentio, seu quævis
alia expressio habenda, aut quæcumq; alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, il-
lorum tenores, formas, & occasiones, ac
singulorum Canonicatum, & Præbenda-
rum, Beneficiatum, & Clericarum præ-
fatorum fructuum &c. veros annuos secun-
dum communem estimationem valores
præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis &c. hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, cæteri que contra-
riis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen.
Dioecesis sub Annulo Pisc. die 10. Maii 1660.
Pontificatus nostri Anno VI.

Dat. die 10.
Maii 1660.
An. V.

CCXC VIII.

Prohibisce le Lire, e Bolognini nelle Pro-
vincie di Bologna, Ferrara, Romagna,
e Ravenna, volendo che vi si introdu-
chino li giulj, e bajocchi.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Meditatio cordis nostri ad ea præcipue
convertitur, per qua nostrorum, &
S. R. E. in temporalibus subditorum utilita-
tibus opportuna ratione consulitur. Cum
itaque alias, videlicet die 1. Julii proxime
præteriti, dilectus filius noster Gibertus
ejusd. S. R. E. Presbyter Cardinalis Borro-
meus nuncupatus, noster, & Sedis Apo-
stolicæ in Provincia nostra Romandiolæ, &
Exarchato Ravennæ de Latere Legatus
editum jussu nostro ediderit, & subinde
die 14. ejusd. mensis Julii publicari fecerit
tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Giberto della S. R. C. Prete Cardinal
Borromeo della Provincia di Roma-
gna, & Esarcato di Ravenna de Latere Le-
gato. Avendo la Santità di N. Signore Pa-
pa Alessandro VII. con la sua infinita pru-
denza

Proximum.

denza

1660.

Contraria
volit.

1660.

denza. ed applicazione al publico benefi-
cio di questa Provincia, oltre a tante gra-
zie compartitegli, considerato di quanto
pregiudizio, gli sia l'ingiusto accrescimen-
to del valore estrinseco delle monete, col
quale vengono i suoi Popoli a ricevere per
le lor Biade, e frutti della solita bontà il
prezzo in moneta calcolate a più di quello,
che intrinsecamente vagliono, & avendo
considerato, che le provisioni prese sopra
ciò da molti de suoi Antecessori, non solo
non hanno portato quel buon effetto, che
si desiderava, ma fatto vedere con la
successiva alterazione, che sempre più si
possono temere maggiori disordini, e de-
pendendo questi in gran parte dall'essere le
monete calcolate in lire, che non sono ef-
fettive, ma una moneta immaginaria, che con
troppa facilità viene dall'avarizia, e dall'in-
dustria, ed artificii di alcuni Mercanti al-
terata, essendosi esaminata con una lunga,
ed esatta discussione la materia, e sentiti i
suoi Officiali, e pratici Mercanti, e al-
tri che vi possono aver interesse, ha risolto
porvi rimedio con gl'infra scritti ordini,
e provisioni, che di comandamento del-
la Santità Sua al presente si publicano, e si
averanno inviolabilmente da osservare sot-
to le pene in essi contenute.

§. 2. Prima si ordina, e commanda ef-
pressamente, che resti totalmente abolito
il nome di lira, e Bolognini, e che tutti i
debiti, e pagamenti, tanto in capitale,
quanto in frutto, eziandio Livelli, Canoni,
Censi, Legati pii, Gabelle etiam Cam-
merali, Mercedi, Porti di lettere, e di
qualivoglia Contratto, che ricerchi spe-
ciale, & individuale menzione fatto in
qualivoglia tempo, tra qualivoglia perso-
na, tanto laicale d'ogni maggior dignità,
etiam Regale, Ducale, & Imperiale, quan-
to Ecclesiastica, Secolare, e Regolare di
qualivoglia preeminenza, etiam de Car-
dinali e della Camera Apostolica, che can-
tano, o sono dovuti in moneta di lira, s'in-
tendano convertiti in giulj, e bajocchi a
ragione d'ogni cinque lire, e mezza cento
bajocchi Papali, che costituiscono dieci
giulj, e di undici Bolognini dieci bajocchi,
che fanno un giulio, e per ogni bajocco
quattrini sei del peso, e bontà di quelli di
Bologna, & un quattrino due danari, fa-
cendosi conto, che secondo il presente va-
lore di scudi, di paoli col medemo numero
di giulj, che si pagarebbe adesso il debito
constituito in lire, viene a costituirsi il nuo-
vo debito in moneta di giulj, ed in questa
forma dovrà da debitori pagarsi, e da Cre-
ditori riscuotersi sotto pene arbitrarie etia
corporali ad arbitrio di Sua Eminenza, e
perche in Rimini, e S. Arcangelo il giulio
è valutato ora meno, che altrove, si di-
chiara, che nella Città di Rimini, e Ter-
ra di Sant' Arcangelo, e ne loro Governi
la detta riduzione si faccia a ragione di
ogni cinque lire Bolognini sei, quattrini
quattro in uno scudo di giulj dieci, e per
ogni bolognino dieci quattrini, quattro in
un giulio.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

§. 3. Che da ora avanti nessuno ardisca
di far contratto di qualivoglia sorte in
moneta di lira, e Bolognini, ma o nelle
monete d'oro, ed argento effettive, o in
scudi, e bajocchi papali, sotto pena a cia-
scuno de contraenti della perdita della
somma, e robba contrattata oltre la nul-
lità del contratto.

§. 4. Che tutte le monete correnti non
si possino calcolare, se non a moneta di
giulj, e bajocchi papali secondo la loro bon-
tà intrinseca, e valore di ciascuna, che
sarà dichiarata nel presente Editto, e non
si possino alterare, ne spendere di vantag-
gio dandole, e ricevendole, alla mede-
ma valuta, e con gl'istessi pesi, proibendo
qualivoglia altra moneta, che non sarà
nominata nel presente Editto, o che es-
sendo nominata nel presente Editto, non
sarà della bontà, e lega giusta in maniera,
che non si possa introdurre, ne contrar-
tare, ne ritenere sotto pena della perdita
del danaro, del quadruplo, e de Corpora-
li, etiam di galera perpetua ad arbitrio se-
condo le qualità, e circostanze de casi, di-
chiarendo però, che le prohibite, che si
trovassero qui nel tempo del presente Edit-
to si possino solo ritenere per due mesi, che
se gli da tempo di farne esito fuori della
Legazione.

§. 5. Che tutti li Banchieri, Bancherot-
ti, Mercanti, Gabellieri, stiano avverti-
ti, e particolarmente nelle monete di le-
ga, ed altre tollerate, che non siano altera-
te, e ritrovandosi tali ne diano subito no-
tizia al Governatore del luogo, perchè
possa fare le diligenze necessarie sotto pe-
na della perdita della moneta, scudi ducento,
ed altre corporali arbitrarie, etiam
della Galera. Che ogni Banchiero, Mer-
cante, Speciale, Beccaro, Fornaro, Lar-
darolo, ed Oste tenga questo Bando affisso
ne i loro Banchi, e Botteghe sotto pena di
scudi cinquanta.

Che sotto pene ad arbitrio di Sua Esma an-
co corporali tutti li prezzi di robbe, così
commestibili, come Pane, Carne, Olio,
& altro, come non commestibili, che so-
no adesso tariffate in moneta di lira, e Bo-
lognini, si convertano in moneta di giulj, e
bajocchi, e quattrini con la sudetta propor-
zione, che quello, che si pagava undici bo-
lognini, che facevano un giulio si paghi
dieci bajocchi Papali, che è la valuta del
medemo giulio; Onde dove prima si da-
vano trenta oncie di pane per quattro Bolo-
gnini, adesso per quattro bajocchi se ne da-
ranno trentatre, e nella medesima confor-
mità si farà nell'altre robbe secondo la no-
va Tariffa, che di giulj, e bajocchi si da-
ranno da per tutto da i Governatori, & Uf-
ficiali nel medemo tempo della publicazio-
ne del presente Editto.

§. 6. Dichiarandosi, che nelli Governi di
Rimini, e S. Arcangelo le Tariffe si ag-
giustino con la proporzione posta nel Ca-
pitolo 1., cioè a ragione d' un giulio per
ogni Bolognini dieci, e quattrini quattro.
E quanto a i prezzi delle Robbe, e Mer-
can-

K

canzie, che non hanno Tariffa, dovranno i Mercanti usare la medesima proporzione, e non pigliar occasione di alterarli sotto pene etiam corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§.7. Si notifica ad ogn' uno, che alle dette pene faranno tenute tutte le persone, così Secolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, & individua menzione, e si procederà per Inquisizione, & in ogn' altro miglior modo. E questo Editto pubblicato in Ravenna nel luogo solito, leggerà ogn' uno in questa Provincia doppo cinque giorni, come se fosse personalmente intimato. Subiuncta præinferto Edicto peculiari estimatione, seu Tariffa monetarum argentearum, & aurearum, per quam eadem moneta ad rationem tot Juliorum, bajocchorum, & quatenorum respectu estimantur, & reducuntur, cum nonnullis Ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quam presentibus proplene, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haeri volumus, uberius continetur.

Decreta præinferta confirmata.

§.8. Hinc est, quod Nos præmissorum omnium, & singulorum firmitati robori, & inviolabili observantia consulere cupientes, Edictum præinfertum, subiunctamque eidem Tariffam, & Ordinationes huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respectu contentis, & inde sequentis, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine tenore presentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac iussu nostro emanasse declaramus, & attestamus, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis apostolica firmitatis robur, & efficaciam adiungimus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitate quarumcumque, tam ex juris Communis, & Constitutionum Apostolicarum præscripto quam alias quomodocumque, & qualitercumque, etiam de necessitate in similibus observandarum, aliove quolibet, quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuaque mentione dignos defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censerit, prætendi, vel intelligi possint, plenissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus. Decernentes easdem præsentis literas, & in eis contenta, & inserta, quæcumque, necnon Tariffam, & ordinationes huiusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præminentie fuerint, etiam Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de Latere potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuo inviolabiliter, & inconcusse observari debere, neque ipsas præsentis literas, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet præ-

Clausulas addit.

tendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causæque, propter quas ipsæ præsentis emanarunt, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ non fuerint, seu ex alia qualibet quantumvis iusta, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis læsionis, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, & restringi, retractari, in contrarium revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, & restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, & facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censerit, atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Camera nostræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem, Præsidentes, Clericos, aliove Officiales, & Ministros, & ceteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo iure quasi, & felic. recor. Pii Papæ IV. Prædicti nostri de gratiis quæcumque interesse dicte Camere concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita ut præsentis literas ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaci-

cioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi præsentibus proplene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptio- nem fides.

§.10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proflus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 27. Maii 1657. An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Maii 1657. Pontificatus nostri Anno VI.

CCXCIX.

Ordini per la Città, e Ducato di Ferrara, cioè che vi resti totalmente abolito il nome di Lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, che cantano in moneta di Lira, s'intendano convertiti in giuli, e bajoc.

Consimile Monetaram reductionem habes supra ad Constitut. 298. Meditatio, & ad Constit. 318. infr. eodem modo incipientem ab hoc Sanctissimo Pontifice emanatas.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Meditatio cordis nostri ad ea præcipue convertitur, per quæ nostrorum, & S. R. E. in temporalibus subditorum utilitatibus opportuna ratione consulitur. Cum itaque alias dilectus filius noster Laurentius Tituli S. Chryfogoni, eisdem S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupatus, noster, & Sedis Apostolicæ in Civitate, & Ducatu Ferrariensi nostris de latere Legatus, editum iussu nostro ediderit, & publicari fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.1. Lorenzo Cardinal Imperiale nella Città, e Ducato di Ferrara a latere Legato &c. Avendo la Santità di Nostro Signore Papa Alessandro VII. con la sua infinita prudenza, ed applicazione al publico beneficio di questa Provincia, oltre a tante grazie compartitegli, considerato di quanto pregiudizio gli sia l'ingiusto accrescimento del valore estrinseco delle monete, col quale vengono i suoi Popoli a ricevere per le lor Biade, e frutti della solita bontà Bull. Rom. Tom.VI. Par.V.

il prezzo in monete calcolate a più di quello, che intrinsecamente vagliono, e che le provisioni prese sopra ciò da molti de suoi Antecessori, non solo non hanno portato quel buon effetto, che si desiderava, ma fatto vedere con la succelliva alterazione, che sempre più si possono temere maggiori disordini, e dipendono questi in gran parte dall'esser le monete calcolate in lire, che non sono effettive ma una moneta imaginaria, che con troppa facilità viene dall'avarizia, e dall'industria, e artifici di alcuni Mercanti alterata, e essendosi esaminata con una lunga, e esatta discussione la materia, e sentiti non solo i suoi Ufficiali, e pratici Mercanti, e altri, che ci possono aver interesse, ha risoluto porvi rimedio con gl'infracritti ordini, e provisioni, che di commandamento della Santità Sua si publicano, e si averanno inviolabilmente da osservare sotto le pene in essi contenute.

§.2. Prima, si ordina, e commanda espressamente, che resti totalmente abolito il nome di Lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, e pagamenti, tanto in capitale, quanto in frutti, eziandio Livelli, Canoni, Censi, Legati Pii, Gabelle anche Camerali, Mercedi, Porti di lettere, e di qualsivoglia Contratto, che ricerchi speciale, e individual menzione fatto in qualsivoglia tempo tra qualsivoglia persona, tanto Laicale d'ogni maggior dignità, anche Regale, Ducale, & Imperiale, quanto Ecclesiastica, Secolare, e Regolare di qualsivoglia preeminenza, anche de Cardinali, e della Camera Apostolica, che cantano, e sono dovuti in moneta di Lira, s'intendano convertiti in giuli, e bajocchi a ragione d'ogni cinque Lire, e mezzo centinaro baj. Papali, che costituiscono dieci giulj, e di ogni undici Bolognini dieci bajocchi, che fanno un giulio, e per ogni bajocco quattrini sei del peso, e bontà di quelli di Bologna, e un quattrino due danari, facendosi conto, che secondo il presente valore di feudi di paoli col medesimo numero di giuli, che si pagarebbe adesso il debito costituito in Lire, viene a costituirsi il nuovo debito in moneta di giulj, e in questa forma dovrà da debitori pagarsi, e da Creditori riscuotersi sotto pene arbitrarie, anche corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§.3. Che da ora avanti nessuno ardisca di far contratto di qualsivoglia sorte in moneta di Lira, e Bolognini, ma o nelle monete d'oro, ed argento effettive, o in feudi, e bajocchi Papali, sotto pena a ciascuno de contraenti della perdita della somma, e robba contrattata oltre la nullità del contratto.

§.4. Che tutte le monete correnti non si possono calcolare, se non a moneta di giulj, e bajocchi Papali secondo la loro bontà intrinseca, e valore di ciascuna che sarà dichiarata col presente Editto, e non si possono alterare ne spendere di vantaggio danole, e ricevendole, alla medesima valuta.

ta, e con gl' istessi pesi, proibendo qualsivoglia altra moneta, che non sarà nominata nel presente Editto, e che essendo nominata nel presente Editto, non sarà della bontà, e lega giusta in maniera, che non possa introdurre, ne contrattare, ne ritenere sotto pena della perdita del danaro, del quadruplo, & de corporali, etiam di galera perpetua ad arbitrio secondo la qualità, e circostanze de casi, dichiarando però, che le proibite, che si trovassero qui nel tempo del presente Editto si possino solo ritenere per due mesi, che se gli dà tempo di farne esito fuori della Legazione.

§.5. Che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, siano avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, e altre tolerate, che non siano alterate, e ritrovandosi tali ne diano subito notizia al Signor Giudice de Savi in Ferrara, e nel distretto, e alli Governatori de luogi fuori del distretto, perché possa fare le diligenze necessarie sotto pena della perdita della moneta, scudi ducento, e altre corporali arbitrarie, etiam della Galera. Che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Bottegaro, Beccaro, Fornaro, Lardaloro, ed altri artefici tenga questo Bando affisso ne i loro Banchi, Bottege sotto pena di scudi cinquanta. Che sotto pena ad arbitrio di sua Eminenza anco corporali tutti i prezzi di robbe, così comestibili, come Pane, Carne, Oglio, & altro comestibili, che sono adesso tariffate in moneta di Lira, e Bolognini si convertano in moneta di giuli, e bajocchi, e quatrini con la sudetta proporzione, che quello, che si pagava undeci Bolognini, che facevano un giulio si paghi dieci bajocchi Papali, che è la valuta del medesimo giulio; Onde siccome prima si davano trenta oncie di pane per 4. Bolognini, adesso per quattro bajocchi se ne daranno trentatre oncie, e nella medesima conformità si farà nell' altre robbe secondo la nova Tariffa, che in giuli, e bajocchi si daranno da pertutto da i Governatori, e Ufficiali nel medesimo tempo della pubblicazione del presente Editto. E quanto a i prezzi delle robbe, e mercanzie, che non hanno Tariffa, dovranno i Mercanti usare la medesima proporzione, e non pigliar occasione di alterarli sotto pena etiam corporale ad arbitrio di Sua Eminenza.

§.6. Si notifica ad ogniuno, che alle dette pene saranno tenute tutte le persone così Secolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, e individua menzione, e si procederà per Inquisizione, e in ogn' altro miglior modo. E questo Editto affisso pubblicato ne i luoghi soliti, leggerà ognuno doppo cinque giorni, come se fosse personalmente intimato.

Dato nel Castello di Ferrara questo dì 12. Luglio 1659. Pubblicato il 14. detto. Lorenzo Card. Imperiale Legato, &c. Subiuncta præinserto Edicto peculiari estimatione, seu Tariffa monetarum argentearum, & aurearum, per quam eadem

monetæ ad rationem tot Juliorum, bajochorum, & quatenorum respective æstimantur, & reducuntur, cum nonnullis ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quam præsentibus pro plene, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, uberius continetur.

§.7. Hinc est, quod nos præmissorum omnium, & singulorum firmiori robori, & inviolabili observantiæ consulere cupientes, Edictum præinsertum, subiunctamque eidem Tariffam, & ordinationes hujusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, & inde sequutis, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac iussu nostro emanasse declaramus, & attestamur, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis apostolicæ firmitatis robor, & efficaciam adjungimus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque, tam ex juris communis, & Constitutionum Apostolicarum præscripto, quam alias quomodocumque, & qualitercumque etiam de necessitate in similibus observandarum, aliove quolibet quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuaque mentione dignos defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, prætendi, & intelligi possent, plenissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§.8. Decernentes eadem præsentibus literas, & in eis contenta, & inserta quacumque, necnon Tariffam, & ordinationes hujusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos, nunc quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, cujuscumque, status, gradus, ordinis, dignitatis, & præminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de latere potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuo inviolabiliter, & inconcusse observari debere; neque ipsas præsentibus literas, etiam ex eo quod quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet peatendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causaque, propter quas ipsæ præsentibus emanarunt, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ non fuerint, seu ex alia qualibet quantumvis iusta, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis substantiali, aut inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas a perititionis oris, constitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium imp-

Confiscat decretum.

Clausula.

Petrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cameraarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Camera nostræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem, Præsidentes, Clericos, aliove Officiales, & Ministros, & cæteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quomodocumque functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrationum

§.9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quasi-to, & fel. rec. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis quaecumque interesse dictæ Camera concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentibus literas ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliique Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutuum quorumlibet, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, usibus, styllis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, & exprimerentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Maii 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Transumptis credi mandata.

Dat. die 27. Maii 1660. An. VI.

C.C.C. Deputatio Judicis Causarum, & Exequutoris Decretorum Visitationis Ecclesiarum Urbis a S. S. indictæ.

Et Regest. in Secret. Brevis

Ven. Fratris Octavio Archiep. Patracen.

ALEXANDER PAPA VII

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. UT ea, quæ in visitatione Ecclesiarum Almae Urbis a Nobis, seu S. R. E. Cardinalibus in Adjuutores visitationis hujusmodi per Nos specialiter assumptis salubriter decreta sunt, & decernuntur, debita executioni quamprimum demandentur, & controversiæ illius occasione præsertim inter personas ecclesiasticas, quas litium dispendiis a Dei servitio avocari minime decet, ad nostram audientiam deductæ, & deducendæ quantocius terminentur, te, de cujus probitate, & doctrina, plurimum in Domino confidimus, Judicem causarum, & exequutorem Decretorum hujusmodi visitationis, auctoritate apostolica, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem, quæ a Nobis, & Cardinalibus prædictis in eadem visitatione decreta, statuta, & ordinata sunt, & erunt, exequi, & observari faciendi, contra inobedientes, & negligentes, necnon cujuscumque criminis occasione dictæ visitationis detecti reos, & delinquentes, eorumque complices, & fautores cujuscumque status, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, per viam accusationis, quærelæ, vel denunciationis etiam summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, inquirendi, & procedendi, reosque, prout canonice requirunt sanctiones, & alias nostro, seu eorumdem Cardinalium arbitrio, puniendi, ac tam super præmissis, quam etiam alias quascumque in eadem visitatione, aut etiam antea, per Nos tamen tibi etiam absque speciali commissione committendas causas ecclesiasticas, vel profanas, civiles, criminales, aut mixtas inter Capitula, Conventus, Collegia, Universitates, Confraternitates, Archiconfraternitates, eorumque Superiores, ac singulares personas ecclesiasticas seculares, vel cujusvis Ordinis etiam

Supradictum Octavium Archiep. Judicem causarum, & Decretorum executionem constituit.

CCCI.

Declarat Alumnos Collegiorum Apostolicorum non ad triennium tantum, sed perpetuo quoad vixerint Sedis Apostolicæ servitio adstrictos esse, & dat formam Juramenti.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

CUM circa juramenti vinculum, quo Pontificiorum Collegiorum Alumni Sedis Apostolicæ (a qua maximis sumptibus educantur) servitio recipiuntur adstricti, variæ fuerint hucusque a nonnullis excogitatae interpretationes, quibus ejusdem Sedis in hoc eludatur intentio, & Dei gloria, ac servitio, cui hujusmodi institutum dirigitur, non minimum detrahitur.

Motiva.

§.1. Nos opportune hac in re providere cupientes, de nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum, super hoc a Nobis specialiter deputatorum, qui rem diligenter, & mature discussurunt, consilio, ac inhaerendo decretis alias circa prædicti juramenti formulam emanatis, eaque, quatenus opus sit, innovando, auctoritate Apostolica, tenore præsentium mandamus, prædictos Alumnos non ad triennium tantum, ut gratis aliqui interpretantur, sed perpetuo, quoad vixerint, in quocumque statu permanerint, Sedis prædictæ servitio fuisse hactenus, & futuros in posterum adstrictos, ut alias, & signanter die 7. Augusti 1645. a felicis recordationis Innocentio Papa X. Prædecessore nostro fuit declaratum, hujusmodi autem servitio minime satisfacturos, etiam in salutem animarum operam suam quoquo modo impendant, nisi illud ad præscriptum Sedis Apostolicæ expleverint.

Innoc. X. decretum confirmat.

§.2. Præterea si contingat aliquem ipsorum incorrigibilitatis, vel male valetudinis, aut alia qualibet ex causa a Collegiis ejici, aut sponte sua quoadcumque discedere, etiam si nondum completis studiis, aut sacris Ordinibus fuerit initiatus, non idcirco censendum a juramento ulla ex parte solutum, tam circa servitium præstandum in Missionibus, quam circa prohibitionem ingrediendi Religionem, imo ne hoc, vel alio quovis prætextu dictæ Sedis mens forsan eludatur, prohibemus, ne etiam elapso triennio quovis tempore possit quilibet Alumnus ad Religionem admitti, nisi de expressa nostra, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, vel Congregationis Ven. Fratrum nostrorum ejusd. S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum in scriptis habenda licentia, sub poena nullitatis professionis ipso jure, si aliter fuerint ingressi, & quod ab eadem Cardinalium Congregatione, non obstante professione, ad primævum statum revocari possint.

A Collegiis ejectos a juramento præstito non absolvit.

§.3. Insuper declaramus, quod concessa Alumnis, ut supra, licentia ingrediendi Religionem, non idcirco censendi sunt

Suprad. Obit. vito facultatem puniendi ipsos concedit.

Contrariis tollit.

Dat. die 31. Maii 1660. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 31. Maii 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Etiam religione ingreditur a juramento non absolvitur.

sunt a juramento absoluti ex præsumpto tacito consensu, eo quod prædicta Congregatio illorum opera forsan non uteretur: Ad hæc nullo pacto licere Alumnis contra formam juramenti, vel Religionem ingredi, vel alteri statui perpetuo se addicere, eo sub prætextu, quod quilibet teneatur sibi ipsi ratione aliqua stabili consulere; eo quod hæc S. Sedes Alumnis, postquam fuerint dimissi, non provideat; cum memorata Congregatio neminem ex iis, qui ad Missionis titulum ordinati sunt, quive suo instituto pro viribus incumbunt, consueverit unquam destituere: quod si secus aliquando forsan contingat, hoc eorum culpæ adscribendum est, qui postquam fuerunt dimissi, ejusdem S. Sedis, a qua enutriti fuerunt, ac ejus, quod professi sunt, instituti prorsus oblitivi de se, suoque statu eam dem monere negligunt omnino.

§.4. Quia vero, ut præfertur, non desunt aliqui, qui non intelligentes gravitatem muneris Sacerdotum Secularium ad Missiones Apostolicas admissorum, quidve sanctæ fidei propagationi, & universalis Ecclesiæ bono, attenta præsertim temporum ac rerum circumstantia, magis conducant, audeant adhuc asserere, hujusmodi juramentum in ea parte, qua cujuslibet Religionis ingressum prohibet, invalidum omnino esse, tanquam impeditivum majoris boni, eoque prætextu excusationem suæ contumaciæ obtinentes, juramentum, quoad hanc partem negligere præsumant: Nos volentes deinceps hujusmodi abusu opportune occurrere, eosque qui contrarie præsumperint, ad statum, cui ex prædicto juramento reperiuntur obstricti, revocare; præcipimus omnibus Alumnis, ut postquam e suis Collegiis, vel sponte egressi, vel dimissi fuerint, sive in statu, & habitu seculari permanerint, etiam si in Sacris non fuerint, sive etiam postquam aliqui Religioni fuerint adscripti, donec vixerint, quolibet anno, si intra fines Europæ fuerint, vel si extra, quolibet biennio, de se, suoque statu, & loco ubi maneant, & quibus studiis, & exercitiis operam navent, per literas prædictam Congregationem certiores; literas autem transmittere, atque etiam eo usque iterare teneantur, donec per ejusdem epistolam certi fiant, quod ad ipsum pervenerint.

Juramento ad dicta clausula.

§.5. Utque id omnino observetur, præcipimus, ut juramento ab eisdem Alumnis præstando addatur infra scripta clausula: Item voveo, & juro, quod sive Religionem ingressus fuero, sive in statu seculari permanero, si intra fines Europæ fuero, quolibet anno, si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique status, & exercitii, & loci ubi moram traxero, Sacram Congregationem de propaganda fide certiorabo. Præcipimus itidem quod ipsam præsent eorum Superiorum Regulares quoad eos, qui religionem fuerint ingressi. Præsertim vero Missionum Sacerdotum secularium injungimus sub poena suspensionis a Divinis ipso

facto incurrendæ, ut quolibet anno diligenter perquirant de statu singulorum, qui fuerint Alumni, & ad eam Missionem, vel ratione originis, vel nationis, aut alio quovis modo pertinent, sive Religionem fuerint ingressi, sive non, deque ipsis, eorumque statu, exercitiis, ac locis eandem Congregationem omnino moneant. Præterea præcipimus præsentem literas ad singula Collegia transmitti, eorum Superioribus injungentes, ut adamussim illas observari curent, expositæque habeant in loco patenti, singulisque obvio, ne ullo tempore illarum ignorantia a quopiam præterdi possit; & ut quovis anno in publico Refectorio bis legantur, nimirum prima Dominica Januarii, & prima Junii, necnon etiam immediate ante præstationem juramenti clara voce Alumnis mox juraturis legantur, ac ne quis ab earum executione excusari valeat, ipsius juramenti formulæ eam, quæ sequitur, clausulam superaddi mandamus. Denique voveo, & juro, me prædictum juramentum ejusque obligationem intelligere, & observaturam juxta declarationes factas a Sacra Congregatione de propaganda fide, & Brevis Apostolice roboratas sub die 20. Julii 1660.

Clausula juramento supra addita.

§.6. Quia vero in tanto Alumnorum numero, quos hæc S. Sedes ad fidei ministerium maximis sumptibus enutrit, ac instruit, quotidiana experientia comperitur ex defectu hujusmodi Ministrorum opus Dei multoties prætermitti, & quod maxime dolendum est, plurimas Regiones, quæ albæ sunt ad messem, ea de causa misere deperire; districte præcipimus Superioribus Collegiorum sub poena suspensionis ipso facto incurrendæ, ut qualiter vice nomina singulorum, qui ad Collegium admittuntur, necnon eorum, qui dimittantur, vel sua sponte recedunt, statim ipsimet Congregationi prædictæ, vel ipsius Secretario transmittant expressis singulorum ætate, patria, studiis, ordinibus, habilitate, ac locis, ad quæ diriguntur, quoque die juramentum præstiterint, ut in Actis ejusdem Congregationis redigi possit. Injungentes Alumnis sub poena ejectionis a Collegio, ne juramenti præstationem ultra ætatem in decreto recor. mem. Urbani VIII. Prædecessoris nostri die 24. Novembris 1625. præscriptam differant; Superioribus vero sub eadem poena suspensionis, ne ullam hac in re dilationem permittant, nisi ex gravi causa per ipsammet Congregationem prædictam Romæ, extra vero per Nuncios Apost. in scriptis approbanda.

Alumnorum nomina actis ejusdem Congreg. inscribantur.

§.7. Demum districte prohibemus, ut nullus omnino, cujusvis dignitatis, & conditionis extiterit, audeat prædictum juramentum, ac præsentem literas, seu declarationes, tam in totum, quam secundum singulas sui partes declarare, aut interpretare: sed si quid forsan dubitari contigerit, teneatur eandem Sacram Sedem consulere, ab eaque responsum in scriptis expectare, sub poena violationis juramenti, si ecus facere præsumperit.

De-